

Band II., Nr. 553, Seite 385-386

Bischof Konrad von Konstanz erlaubt, dass das Kloster Bebenhausen die diesem gehörige Kapelle in Vesperweiler mit keinem eigenen Priester mehr besetze, sondern deren Einkünfte auf immer für sich beziehe.

Ohne Ortsangabe, 1211. Oktober 20.

In nomine sancte et individue trinitatis. C., dei gratia Constanciensis ecclesie episcopus, cunctis paginam hanc inspecturis in perpetuum. In eminenti, domino disponente, specula constituti, cuncta nos nostro regimini commissa pie ac provide decet dispensare et ad opera pietatis prompta devocione animum inclinare. Cum ergo omni religioni prospicere ac promotionis eius aucto tam in temporalibus quam in spiritalibus paterno affectu congaudere et, quantum in nobis est, operam in hiis dare officii nostri ratione teneamur, presertim eorum votis qui districtius regularis iugo se discipline, pauperem pro Christo vitam ducentes, subdiderunt, gracie nostre favor, ubi occasio se oportuna obtulerit, annuere tenetur, ut quo pauperes voluntarie pro nomine Christi esse elegerunt, eo sane promptius nostre liberalitatis beneficium assequantur, unde et nostre in celo divicie meritis et orationibus ipsorum divina retributione accumulentur. Huius igitur rei gratia, nostris in futuro diviciis que permanent prospicientes, capellam que dicitur Vesperwilar cum omnibus attinentiis suis, quia baptismalis non est, nec alicuius matricis ecclesie filia, unde et proprii sacerdotis non eget ministerio, ad petitionem venerabilis abbatis Ludewici et fratrum de Bebinhusin, ad quos etiam predictae proprietatis capelle cum aliis quibusdam prediis adiacentibus spectare dinoscitur, divine retributionis intuitu, et nostra auctoritate et chori nostri consensu, legitime donamus, ut nulli deinceps proprio assignetur sacerdoti, sed predictum monasterium usus eius in perpetuum possideat. Hanc itaque donationem nostram, dei omnipotentis et nostra auctoritate, qua ipso auctore fungimur, perpetua stabilitate confirmamus, unde et scripti huius paginam inpressione nostri sigilli roboramus, districte sub interminatione divini iudicii precipientes, ne alicui hominum hanc nostram donationem ligitime factam liceat infringere, aut ausu temerario contraire. Quod si aliquis, quod absit, facere presumpserit, iudicium dei et nostrum secundum ecclesiasticam censuram se noverit incursum. Huius rei testes sunt: Waltherus prepositus Constanciensis ecclesie. Vricus decanus. Wernherus de Aicholtingen, canonicus Constantiensis ecclesie. Ebirhardus abbas da Salem. Cvnradus cellelarius de Salem. Cvnradus de sancto Gallo monachus in Salem. Burchardus supprior de Bebinhusin.

II

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXI., indictione XV., XIII.
kalendas Novembris.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

An blauer Hanfschnur hängt das länglich runde, stark abgegriffene bischöfliche
Wachssiegel.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 2191

Überlieferung und Textkritik:

War zuvor GLA Karlsruhe.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Bebenhausen Wohnplatz (16199)

Bebenhausen, Tübingen, Tü

Eigeltingen Wohnplatz (14283)

Eigeltingen, KN

Konstanz Wohnplatz (14442)

Konstanz, KN

Schloss Salem : Salem FN

Schloss Salem Wohnplatz (18257)

St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz

Vesperweiler Wohnplatz (7635)

Vesperweiler, Waldachtal, FDS